

gratia
Litterarum Salvi conductus à S. R. M. te
Magro D. n. o. Supremo Marescallo
missarum.

Sigismundus III. Dei gratia Rex Polonia
magnus Dux Lithaniae Russiae Prussiae
Masovia Samogitia Livoniae: nec non
Suecorum Gottorum Vandalorumque
Litaniarum Rex.

Significamus presentibus litteris vestris, quorum notitia
universis et singulis. Intelleximus inter nuntios
officiales et adhaerentes Ill. mi. Principis, D. n. o.
Georgii Guilhelmi Electoris Brandenburgensis ac
Prussiae Ducis, et Magrum Andream Creus Supre-
mum Marescalcum Ducatus Prussiae per Con-
missarios vestros auctoritate vestra electum occasione
eiusdem officij sui graves et capitales inimicitias
intercedere, ita ut ex his conceptis contra se
in vita fortunarumque suarum discrimen deponi
possit. Quapropter cum muneris nostri regij sit
subditorum nostrorum indemnitati, vitaeque securitati
providere, pro iure supremi, directijs Domini
quod super eundem Prussiae Ducatum nobis con-
petit, memoratum Creus in tutelam patroci-
niumque nostrum legum suscipiendum esse duximus
praesentibusque litteris nostris suscipimus, quibus
fretus tuto ac sine omni perborrescentia
in Prussia morari munus suum cum alijs re-
gentibus collegis suis libere exercere negotio

sua quavis peragere poterit, ipsius persona coniuge liberis, totaque familia sub nostra protectione salves maxentibus. Quod omnibus et singulis quorum inter est, praesertim vero Illmo Principi Sro Georgio Guibhelmo Electori Brandeburgensi Sacri Romani Imperij Archicamerario et in Prussia Duci, eiusque Officialibus et Praefectis ad potestatem seducimus, mandamusque, ne quid contra praefatum Curiam vel armis attentent, sed iure mediante de omnibus controversiis, si quas habent, cum eo experiantur.

Pero gratia nostra et sub penis in violatores salui Conductus nostri sancitis In cuius rei fidem praesentes manu nostra subscriptus sigillo Regni muniti iussimus
 Dat. Varsavia die XXI. Mensis Aprilis Anno Domini MDCXXI. Regnorum nostrorum Poloniae 34. Suaeve vero 28. anno.

L S.

Se
 gismundus
 Rex.

Jac. Sadzik
 Secret. R.

de
 a
 e
 c
 n. l. e. r.
 annulos
 s. Dr.
 ac
 Supre
 om
 ccasione
 citias
 de d. y.
 de u. om.
 y. sit.
 caritati
 ny. ni.
 s. con
 ruci,
 axims
 uibus
 ribus
 Len
 gotiay

6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 Inch 0 inch